

*Si bene te tua laus taxat, sua laute te-  
nebis.*

*Sic : νίψον ἀνομήματα, μὴ μόναν ὄψιν. h. e.  
Etue peccata, non solum vultum.*

Felicissimus est in his καρπίνοις difficilli-  
mis conficiendis M. Georgius Leuschne-  
rus Coldicensis Rector, Amicus meus ho-  
noratissimus, ut edita specimina testantur.

Sic quid hoc ? Es hat einen langen  
Schnabel / zwey lange rothe Füsse / und legt  
Eher ? Resp. Ein Storch. Nein : eine  
Storchinne leget Eher.

Sic ille qvum Auditoribus suis gratias  
acturus esset, post prolixa verba ita con-  
cludebat: *Nihil igitur restat, nisi ut vobis  
gratias agamus CLAMORE.* Qvæ vox qvum  
*Logogriphum* referat, & multa complexa  
teneat, tandem apertè dixit: *gratias agimus  
clamore, amore, more, ore, re.* Fuitq; res ap-  
positè dicta, & cum plausu omnium ex-  
cepta. *Oedip. Ægyptiac. Tom. 2. p. 34.*

### *Canon Sophisticus.*

Ubi eadem est oratio, ibi idem quoq;  
sensus est orationis.

*Solutio eadem est, qvæ Homonymias.*

E 5

**CAPUT**